Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Vnit sacerdos ut nris armis uestri sumus. propterea iubet per ministrum ut humiliemus capita nra dō. & ita tandem infundit super nos uestre protectionē benedictionis suę. De quadragesima.

In quadragesima aliqua pars pugnę peracta est. Dicit nobis quem in Lma. pectorem inuenimus. Inuocauit me & ego exaudiam eum. Et cetera. Epistola ita. Tempore accepto exauditui te. & in die salutis adiuui te. Et in responsorio. Angeli dni custodiant nos. Scuto circumdati ueritatis sumus. In euuangelio actriumphum tendimus ut dicam inimico. Vade satanas inuentum. In genealogia hominis xpi in quo iste triumphus tripudiat. numerum presentem. xlme. matheus sēificat. quē quadragenario numero generationum seriem descendisse ad terram. Vnde augustinus. Diligenter animaduertum est matheum qui regiam uxpō instruerat insinuare personam. ex cepto xpō. xl. tā hominis in generationum serie nominasse. Humerus aūt ipse illud tēpus significat. quod in hoc seculo & in hac uita. regi nos oportet a xpō secundum disciplinam laboriosam. qua flagellat dns omnem filiū quē recipit. Idequa dicit apls. Per tribulationem oportet nos intrare regnum dei. Iste quadragenarius numerus. qui inchoatur. asequenti dnica post quinquagesimam. finitur. v. fr. ante pascha dni. quę uocatur cęna dni. de supradicta aūt dnica cęna. duo dies supsunt usq; ad baptismum. & fiunt. xl. u. Tot enim mansiones habuerūt filii israel quū baptizati sunt in mari rubro. quando exierunt de terra egypti de dura seruitute. & peruenerūt ad terram promissionis. Tot etiā generationes sunt in serie xpi cū iechonia. bis cōputato. & eode xpo. Merito qui ad cęlestem patriam tendunt eodem numero mansiones saragunt. quo filii israel ad terram promissionis uenerunt. Et merito qui ad xpm transeunt per baptismum. ad eum eodem numero peruenerunt. quo xpō ad nos uenire dignatus est. Vnde ieronimus ait. Hec mirum si illius numeri sacramento peruenimus ad regna cęlorum. quo ergo dns atq; saluator. a primo patriarcha